



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De ruina Ecclesiæ à prima perfectione. tit. 260

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

non credentes cogitent, quid tandem cum illis in futura vita fiet, si Deus hic sanctos suos permittit tribulari? & hoc dicit Petrus 1. Pet. 4. Si autem primum à nobis incipit tribulatio, quis erit finis eorum, qui non credunt Euangelio Dei? & si iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi manebunt? Sic Christus Luc. 23. Si hæc in viridi ligno, id est, in me, &c. Sic pater corrigit peccatum, quod in maledictam & acer bissimam mortem projicit eum, qui tamen non fuit aridū lignum, seu à vermis corrosum, id est, peccator, sed sanctus filius Dei. In arido, id est, impenitentibus & non credentibus hominibus, quid fiet? & Ierem. 25. Si primò puniūtur dilecti filii, id est, fideles: Vos qui non creditis & inimici estis, putatis, quomodo subterfugietis poenam.

Tertiò, hæc nostra est consolatio, quoniam Deus non permittet hæc supra nos, ut ideo damnet, sed ne cum hoc mundo damnemur, 1. Corin. 11. At videant impii, qui gaudent de tribulatione clericorum, quæ erit ante diem nouissimum validè magna & amara validè, quando sectarij catholicos persequentur. At illorum damnatio & iudicium non tardabit. sic expelluntur de urbibus & monasterijs catholici & pij homines, & subsannantur, sunt ludibrio omnibus intra & extra monasterium, sed non effugient ipsis manus Dei. Si ergo qui boni sunt, tribulantur: cogitent sic esse à Deo ordinatum, ut iudicium incipiat à domo Dei. Si autem mali, agant penitentiam, ne æterna mala illos appræhendant, &c.

### *D E R U I N A E C C L E S I A E A prima perfectione.*

#### TITVLVS CCLX.

Pimò, plerique SS patres pleni Spiritus sancto, sicut Vincentius, Methodius, &cæt. exponunt primam visionem Regis Nabuchodonosor de  
OOO 3 ruina

ruina Ecclesiæ usque ad diem nouissimum, quæ  
suo Regis talis erat, ut scribitur Daniel. secundo.  
dit Rex in somnis statuam vnam altam, id est, fig-  
ram hominis, quæ habebat caput de auro purissimo,  
pectus & brachia de argento, ventrem & fœmoris  
ære, tibias de ferro, & pedes, quorum una pars de-  
ro, & alia de luto erat: subinde vidit venire unum  
pidem de monte missum sine manibus hominis, cu-  
qui pedes statuæ percussit, & statuam totam in lan-  
lam reduxit: hæc visio Regis.

Secundò, ista statua nobis demonstrat initium, pe-  
dium & finem Ecclesiæ. Nam caput, quod erat ali-  
puri, significat initium Ecclesiæ, id est, tempus Apo-  
stolorum & martyrum, quia tunc Ecclesia erat in per-  
festa vita spirituali, & in ardore deuotionis & cha-  
ritatis, ibi fides crevit, quia quotidiè siebant sermo-  
nes, orationes & fructus panis, Act. 2. Tunc seruerat  
charitas martyrij pro confessione fiduci, & gaudebant  
homines pro nomine Iesu contumeliam pati, Act. 5.  
Tunc erat obedientia legis diuinæ, Exod. 20. Ad-  
ficabantur Ecclesiæ, & in omnem terram sonabat  
Euangelium Christi, Rom. 10. Erant sacerdotes veni-  
ministri, & dispensatores mysteriorum Dei, 1. Cor. 4.  
& hoc tempus durauit ultra 400. annos

Tertiò, post hoc tempus mutata est Christianitas  
de auro in argentum, quod minus valet. Nam tunc  
surrexerunt Arriani & alij hæretici, qui loquacius  
trores contra diuinitatem Christi & fidem veram,  
& cooperante satana factum est, ut verè totus mun-  
jus fuerit erroribus corruptus hæreticorum, & tunc  
incepit cadere deuotio populi erga fidem Christi. Di-  
ci non potest, quæ mala hæresis Arriana exeredit: illi  
cœpit labi deuotio erga doctrinam, orationem, Eu-  
charistiam, & motum est dubium de Christi Deitate.  
Sed laborauerunt plurimūm doctores Ecclesiæ, Au-  
gustinus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Te-  
tullianus,

tullianus, Irenæus, ad conseruandam fidem catholica-  
m, & fecerunt etiam multa bona verbo atq; facto,  
ita quod tunc Ecclesia fuit argentea propter sanctos  
homines, doctores, Episcopos &c. sed reducere ad pri-  
stimum statum non potuerunt Ecclesiam, & illud te-  
pus durauit vltra quingentos annos.

Quarto, post argenteum statum venit Ecclesia ad  
æreum, ibi cœpit hypocrisy pessima. Nam sicut es ta-  
dum sonat, sic inceperunt Episcopi solo nomine esse  
Episcopi, currentes solum post diuitias, honores &  
voluptates, negligentes verbum Dei & Sacramen-  
tum administrationem, & cœperunt dici, Gratiæ  
Domini, non residebant circa Ecclesiæ, Simonia &  
voluptas creuit, &c. sed excitauit Deus quosdam do-  
ctores, Benedictum, Bernhardum, Basiliū, &c. qui  
etiam laborarunt aliquos centenarios annos verbo  
& vita in Ecclesia, sed non potuit Ecclesia reduci ad  
statum argenteum, &c.

Quinto, postea descendit Ecclesia ad tibias ferreas.  
Etenim ferrum durum, non potest tractari nisi per  
ignem & malleorum percussionem, in quo notatur  
obstinatio & persecutio in malo & vitijs, quandò  
non emendamur flagello. Nemo Episcoporum aut  
prælatorum recipit reformationem, omnes religio-  
nes & status defecerunt, & nemo seruat regulam su-  
am. Nullus Episcopus satisfacit officio, & sic iam vē-  
tum est ad ultimum statum Ecclesiæ, id est, ad pedes,  
vbi unus ferreus significat obstinationem & incor-  
rigibilitatem: alter luteus, significans carnalitatem  
qua voluptuamur. Sic aurum optimum obscuratum est,  
Threnor. 4. & color optimus verbi Dei, quod depin-  
git animas, mutatus est. Sic patet quod heretici sunt  
vulpes, demolientes vineam. Unde satan per illos  
sic fidem Christi debilitauit, &c. At Christus qui est  
iudex & lapis sine manibus excisus, tandem omnia  
conteret in consummatione seculi per ignem.